Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

acciptres ꝛ capones

In saltu uenantur aues. hinc preda cubili. *(gl. in nido)*
Ponitur. inde autem cum se matura leuabit.
Progenies. stimulante fame festinat ad illam.
Quam primum predam rupto gustauerat ouo.
Edificator erat centronius. & modo curuo. *(gl. ex p. in)*
Littore caiete. summa nunc tyburis arce.
nunc prenestinis in montibus alta parabat. *(gl. regnis)*
Culmina uillarum grecis longeque petitis.
Marmoribus. uincens fortune atque herculis edem.
Vt spado uincebat capitolia nostra posides.
Dum sic ergo habitat centronius. imminuit rem. *(gl. domestica)*
Fregit opes. nec parua tamen mensura relicte.
Partis erat. totam hanc turbauit filius amens. *(gl. dissipauit)*
Dum meliore nouas attollit marmore uillas.
Quidam sortiti metuentem sabbata patrem. *(gl. iudei; religiose colentem)*
Nil preter nubes ꝛ celi numen adorant.
nec distare putant humana carne suillam.
Qua pater abstinuit. mox ꝛ preputia ponunt. *(gl. illorum)*
Romanas autem soliti contempnere leges.
Iudaicum ediscunt ꝛ seruant ac metuunt ius.
Tradidit archano quodcumque uolumine moses.
Non monstrare uias. eadem nisi sacra colenti. *(gl. soliti)*
Quesitum ad fontem solos deducere uerpos.
Sed pater in causa est. cui septima quaeque fuit lux. *(gl. exemplo filio suo)*
Ignaua. ꝛ partem uite non attigit ullam. *(gl. ociosa)*
Sponte tamen iuuenes imitantur cetera. solam
Inuiti quoque auaricia exercere iubentur. *(gl. patris)*
Fallit enim uicium specie uirtutis ꝛ umbra. *(gl. parcitatis)*
Cum sit triste habitu uultuque ꝛ ueste seuerum.
nec dubie tamquam frugi laudatur auarus. *(gl. utilis)*
Tamquam parcus homo. ꝛ rerum tutela suarum. *(gl. defensio)*
Certa magis quam si fortunas seruet easdem.
Hesperidum serpens. aut ponticus. adde quod hunc de. *(gl. puellarum; serpens)*

seruans aureum uellus.

Left margin glosses:

edes fortune apud preneste erat optima. herculis summum templum tyburi.

dilapidauit

partem uite id est operis quod agit inuita. nam ꝛ cicero irridet iudeos. dicens eos terciam partem uite sue perdere quod sabbatis ociantur.

custodiens aurea poma.

Right margin glosses:

Posides fuit spado temporibus claudii neronis ditissimus. adeo ut ipsum capitolium diuitiis suis superaret.

Iudei romanorum leges soliti contempserunt. unde a claudio nerone roma sunt expulsi.

Verpos uocat id est dicit impudicos. quia iudei die sabbati feruntur anum purgare. unde iudeos uerpos dicit. Iudei omnibus gentibus loqui dedignabantur. cum quibus si qui loquerentur statim lauabantur. Sic enim solos iudeos ad fontem ducere dignantur. uel certe sic nos per indicem indicamus. ita illi loqui dedignantes uerpos deducunt ad fontem insinuando.